

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idæ radi-
cis cond.Idæ ra-
dicis vi-
res ex
Gal.

Nomina.

Idea radix hodie, quod sciam, ad nos non convehitur: nec quonquam hactenus reperi, qui scribat, ubi hac planta prove-
niat: etsi cognomine nat. ale. ejus solum facile indicari videatur, quod scilicet in Ida monte, qui ad Troadem spectat,
nascatur: vel in eo ejusdem nominis, qui in Creta habetur, ut etiam Ideo rubo evenire superius dictum est. Hujus vires
tradidit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, sic inquit: Idea radix gustu admodum acerbæ est: ac si opera
periculum facias, eandem vim præferet, nimirum sanguinis profluvia, alvi fluxus, dysenterias, profluvium mulierum. &
Nomina. quacumque, ejus sunt generis tum pota, tum foris imposita curant. Ea ut Græcis ἰδαία ρίζα, ita etiam Latinis Idea radix vo-
catur: Italis, Radice Idea.

P. radix pisa.

RHODIA RADIX.

CAP. XLI.

10

Rhodie
radicis
consid.Rhodie
rad. de-
scriptio.

Gignitur Rhodia radix in Macedonia, costo si-
milis, levior, inæquabilis: quæ contrita rosas
redolet. Utilissima capitis doloribus, si madefacta
fronti, & temporibus cum rosaceo momento im-
ponatur.

Rhodia radix planta est non omnibus planè vulgaris, &
cognita in Italia: etsi ea facile in Apennino, & Garga-
no montibus nasci, & inveniri possit. Quæ in nostro horto
Goritia vires, jamdiu eam Gratia Styria oppido Petrus
Salicetus medicus clarissimus, & in simplicium facultate
non imperitus, ad nos primum videndam misit: quam ta-
men postea frequentissimam reperi in monte magno supra
Vipacum, qui circiter viginti millia passuum à Goritia di-
stat. Caterum quoniam paucis sane notis eam perstrinxit
Dioscorides, ut ab omnibus facilius & cognosci, & reperi
possit, nos non temerè facturos duximus, si ejus historiam hic
diffusius tradamus. Radix itaq; Rhodia caules emittit ro-
dos, quadantenus concavos, cubitales, à quibus circum qua-
que folia prodeunt longiuscula, in acutum desinentia, por-
tulacæ, aut minoris sedi instar pinguis, minutimq; per am-
bitum serrata. In caulium cacumine umbellam profert, viri-
dem, thymali cyparissii modo, sed quæ, ubi defloruerit, ru-
bescat. Radix ei inæqualis, strumosa, crassa, qualis pseudoco-
sto, quod ex Gargano Monte advehitur, lavi cortice obducta
quæ recens est, exterius splendens, & intus subalbida: quæ
verd sicca est, levis percipitur, intus substantia rubens, &
foris squamosa. Mansa hac recens, aut trita odore mirum in
modum rosas refert: unde merito ei Rhodia nomen. Præterea
omnium radicum vivacissima est: quippe quæ à terra effossa, nisi locus perquam siccus reponatur, post multos menses rursus
plantata statim repullulat. Nascitur in altissimis montium rupibus saxosis, præruptisq; locis, ubi vix tantum terra cir-
cum habet, ut illi inherere possit. Valet hæc ad capitis dolores à quacumq; causa provenientes, si recens confecta, & rosa-
brum roborat odoris jucunditate, convenitq; (ut diximus) omni capitis dolori, utpote quæ temperata sit qualitatibus præ-
mentorum, sic de ejus viribus scribens: Rhodia radix ea videlicet, quæ in Macedonia nascitur, tenuium partium, & dis-
tillantibus est facultatis. In calfaciendo verd secundi recessus censenda est, aut certe tertii incipientis. Hæc planta Græcè
p. radix pisa, Latine Rhodia radix nominatur: Italicè, Radice Rhodia: Germanicè Rosenwurz.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodie
radicis vi-
res ex
Galeno.

Nomina.

Rhodia radix, Matth. Trag. Fuch. Dod. gal. & fol. Cord. in hist. Lacu. Ges. hor. Lobel. Clus. hist.
Panno. Lugd. Camer. Radix Rhodia, Castor. Ges. hor. appen. Rosea radix, Fuch. in icon. Lonic. Tab.
Verum non solum radix contrita rosas spirat, sed & flores odorati, qui rubentes quadrifolii, singulis in
acumen desinentibus, intusque pallidi sunt.

Equisetum.

EQUISETUM.

CAP. XLII.

60

a Cat.
in ap. 1.
At me-
cum Ru-
cilio &
corda.
b. 1. 1. 1.
exempl.
vires. i. fo-
lios.

Equisetum in riguis, & scrobibus nascitur, a cauliculi prodeunt inanes, geniculati, in se farcti, rube-
scientes, leniter scabri & juncea circa eos folia, crebra, exilia. In sublime attollitur, vicinos arbo-
rum caudices scandens, obvolutumq; dependet, comis multis, nigris, ut equorum cauda: radix li-
gnosa, dura. Vis herbæ spissare, quare sanguinem naribus erumpente succus ipse sistit: prodest dysente-
ricis in vino potus: urinam cit. Sanguinolenta vulnera glutinantur, tritis foliis, & illitis. Radix cum
sua herba tussim, orthopnœam, ruptaq; adjuvat. Foliis in aqua potis, dissectiones vesicæ, & intestinorum
enterocelæq; in unum coalescere, cogique feruntur. Alterum Equisetum caulis est rectus, cubito major,
inanis: comis per intervalla brevioribus, candidioribus, & mollioribus, Id cum aceto tritum, vulneri-
bus remedio est, eademque fungitur facultate.

Equisetum

I. EQUISETUM I.

II. EQUISETUM II.



III. EQUISETUM III.

IIII. EQUISETUM IV.



Equisetum, officinũ & herbariũ plerisq. verbum Gracum reddentibus Cauda equina nominatur. Cuius tamen si Dio- Equisetum
scoridi duo tantũ describantur genera, nos tamen quatuor hactenus observavimus, quarum omnium hic expressi- confid.
mus imagines. Primum autem Caudam equi omnes ferẽ appellant, quod facie equorũ Caudas reseruat, unde & Gracis Hip-
purũ dicta est. Proferi hac, cum primum ẽ terra erumpit, quoddam tenerissimum germen oblongum, juglandium iulo non
abstulit.

Ppp +

abfimile, subnigricanti colore: & deinde caules inanes geniculati, subrubefcentes, leniter scabri: juncea circa eos coma, aspera, exilis, setarum instar, adeo ut equorum instar cauda appareat. Radicem lignosam, duram. Nascitur humectis & aquosis locis, in riguis & scrobibus. Hoc quod rura nostra vulgo vocant Paltrusalo, in cibumq, assumunt, jejunii quadragesimali tempore. Etenim illud prius elixant, mox farina circumspargunt, & oleo in sartagine frigunt, manduntq, piscium vice. Ex quo cibo alvus quandoq, eorum adeo constringitur & constipatur, ut in coli cruciatum facile incurrant. Sunt qui primum hoc Equiseti germen siccum asservent per annum, quo subinde estate utantur ad dysenteriam. Quippe quod aqua calida nocte maceratum eo modo decoquunt, quo dictum est. & in cibum magno successu exhibent. Utrunq, Dioscoridus Equisetum eleganti admodum pictura expressit Fuchsius in suis magnis de stirpium historia commentariis. Sed nescio qua postea ratione ductus, is in primo libro, in quem plantarum imagines duntaxat depingi, & imprimi curavit, primi generis Equisetum pro Polygonum se nra aperto lapsu reddi lerit. Equisetum tertium caulem edit geniculatum striatumq, inanem, fragilem, a quo complures oriuntur rami: & ipsi quoq, geniculati ac asperi, nulla circumstante coma. Provenit & hoc palustri solo. Iisdem cum aliis pollet viribus Equisetum quartum, recto provenit caule, firmiore, minusq, geniculatum, a quorundam procedunt, juncea quasi processibus stipati, inq, asperis, geniculatis, tenuibus. Provenit iisdem in locis, & easdem vires habet. Expetitur Equisetum mulieribus ad stannea vasa detergenda illustrandaq, nec non etiam materia-riis fabris, in praesertim qui torno opera sua conficiunt. Siquidem huius herbae asperitate illa suis vasis splendorem nitoremq, conciliant, isti vero similiter suorum operum ruditatem expoliunt. Omnium decoctum aut stillatitia aqua, pota ulce-ribus retere ac vesicis misce medetur. Equiseti meminit Galenus lib. 6. simplicium medicamentorum, ubi ejus vires re-
tulit his verbis: Hippuris inquit, adstringentem cum amaritudine facultatem possidet, ac proinde valenter simulq, ci-
tra mordacitatem exsiccatem. Itaq, vulnera maxima cataplasmate imposita conglutinat, etiam si praesens esse ner-
vum rubrum, ad dysenterias, & ad alios ventris fluxus generosum est remedium herba ipsa aut ex aqua, aut ex vino po-
sita. Sunt qui de ea scriptum reliquerunt, quod nonnunquam etiam vesicae, ac tenuium intestinorum vulnera succu ipsius
sanaverit. Prodest etiam profusio sanguinis ex naribus, non fluxui obnoxii in ventre affectibus, ex austerorum vinorum
quopiam potus ac si febre teneantur, ex aqua. Quae planta Gracis *ἵππυρος*, Latini, Equisetum appellatur: Arabibus
Dhenben alchail, Dhenib alchi sive Daneb alchail: Italis Coda di cavallo: Officinis cauda equina: Germanis Roß-
schwanz: Hispanis Goda de mula & Rabo de mula: Gallis Queve de cheval & Prela. Equisetum alterum, Gracis *ἵππυρος*
εἰσα: Ita u Coda di cavallo minore.

Fuch.
lapius.
Equiseti
v
Matth.
Equiseti
vires ex
Gal.
Nomina

Equiseti novem agnoscimus differentias. I. Equisetum aquaticum longioribus setis, C.B. Equisetum primum, Matth. Lacu. Cast. Lug. Equisetum secundum, Tab. Equisetum majus cum asparagis novellis, Lob. Equisetum vulgo Asprella. Caes. Hippuris major Brunf. Dod. fol. Hippuris. Lob. in iconib. Hippuris Dioscoridis, cauda equina, Tab. in icon. Caucon Plinii, Anguillare. II. Equisetum pratense longissimis setis, C.B. Equisetum secundum, Matth. Lac. Equisetum longius, Fuch. Equisetum, Cordo in Diosc. Equisetum minus, Dod. gal. Equisetum alterum, Lugd. Caes. Equisetum palustre majus, Tab. Cauda equina, Brunf. Hippuris major altera, Trag. Hippuris major vel prima Lonic. Hippuris fontalis, Lob. Hippuris minor, Dod. fol. Thal. Polygonum femina, Fuch. in iconibus. III. Equisetum junceum ramosum, foliis nudum, C.B. Equisetum tertium, Matth. Lugd. Hippuris minor, Lob. Dod. in folio, qui cum praecedenti jungit: cum equiseti juncea Tragum quod ramosum non est, idem esse nequit. IV. Equisetum quartum, Matth. Lugd. Videtur Matthiolus
vo uisse Uvam marinam Monspeliensem exprime-
re, cujus geminam figuram adposuimus. V. Uva ma-
rina major, aut Tragum Dioscoridis. Radice est, ali-
quot pedes longa, late serpente, dura, lignosa: ramu-
lis ab eadem radice prodeuntibus, frequentibus, sar-
mentosis, gracilibus, juncum referentibus, pedibus
& nigricantibus, cujus virgulae in junceas cuspides
abcentes, multis internodiis distinguuntur: quibus
dum adhuc tenellae sunt, ad quodlibet internodium
duo foliola pusilla, quae in adulta planta non obser-
vantur, adposita: flores pallidi, herbidi, minuti, con-
ferti instar florum corni, secundum internodia siti,
quibus succedunt copiosi fructus rubentes, ex gra-
nulis ternis aut quaternis, tritico paribus, exigui ma-
ri effigie, furculenti, acidi, esui grati, urinam multum
cientes: hi granum unum aut alterum duriusculum
triquetrum utrinq, acuminatum foris nigrum, in-
tus album medullulosum & perquam adstringens, con-
tinent. Maio florere & Augusto fructus maturefcit
Monspelluli inter stagnum Volcarum, & mare me-
diterraneum, & ad montis Cetii radices copiosissi-
me, ubi piscatoribus Rasins demar, hoc est, Uva ma-
rina vocatur. Hanc alii Bellonium secuti ad Andro-
facen: alii ad Croton Nicandri: alii ad Polygonum
quartum Plinii, vel ejusdem Ephedram referunt. Di-
citur Croton Nicandri, Anguillare. Racemosa E-
quiseti facie planta, Adversarii. Uva marina Mons-
peliensem, Lobelo in iconibus: Polygonum quar-
tum minus, Clusio, historia Hispanica: Polygonum
mari.

* V. UVA MARINA MINOR.



40
50
60

marinum secundum, Tabernæmontano: Tragus five Scorpio maritimus, Lugdunensi. Tragos, Cæsalpino libro sexto & Camerario in horto.

Κόκκος βαπτύς.

COCCUM INFECTORIUM.

CAP. XLIII.

Coccum, quo infectores utuntur, frutex est furculosus, parvus, cui grana ceu lentes adhærent, quæ electa congeruntur. Optimum gignitur in Galatia & Armenia: deinde Asia & Cilicia: ultimum ex omnibus Hispanicum. Vis huic spissandi: vulneribus, nervisq; præcis, convenienter ex aceto tritum illinitur. Nascitur quoq; in Cilicia è quercubus, cochlearum exilium similitudine, quod illius regionis mulieres ore legunt, & coccum vocitant.

I. COCCUM INFECTORIUM.

* II. ILEX COCCIFERA A. *



Et si Coccum seu granum tinctorium seplasiariis, & infectoribus notissimum sit, quod & medicamentis admisceatur, eo plurima tum sericea, tum lanea stamina infici soleant, nescio tamen an ejus arbuscula in Italia proveniat. Frutex est furculosus, foliis oblongis per ambitum aculeatis aquifolii modo, sed longè minoribus, bacis rotundis, inanibus, puniceo colore. Nos autem eam, cujus picturam damus, vidimus ex Byzantio allatam. Porro Coccum tinctorium communis usus, constat rotunda inanig, bacca, quæ nullam profecto lentis faciem refert, ut Dioscorides asserit. Ut hinc planè conicere liceat, Coccum hoc diversorum esse generum, nostrumq; facile illud esse, quod Plinius in Attica & Aphrica provenire tradit, Scolecion idè vocatum, quoniam ex ejus medulla tenues exoriuntur vermiculi: argumento quod hoc mane intus deprehendatur. Hujus pulvere non infelicitè utuntur mulieres Italica ad factum roborandum & prohibendum abortum, ipsum gravidis in ovo sorbili propinantes, paucò addito thure, vel mastiche. Quod in quercubus nascitur coccum (ut Dioscorides in Cilicia nasci scribit) copiosum quoq; in Bohemia provenit. Primum quod à me visum est truncum serè totum occupabat non infima quercus, non longè à Poggibrot in Leporario quod Parcum ferarum vocant Cæsaris Ferdinandi ac deinde in aliis etiam locis, sed cum ab incolis non agnoscat, quotannis perditur. Atqui in Polonia ubi etiam copiosum provenit, non desunt, qui illud diligenter legant. Caterum contendunt Monachi illi reverendi, qui in Mesuem commentarios ediderunt, aliud esse Coccum, aliud verò Chermesinum vulgò vocatum, quo serica stamina roseo colore inficiuntur. Etenim asserunt ii legitimum chermesinum è quibusdam fieri granulis, quæ ut plurimum vulgari Pimpinella radicibus adhærentia reperiuntur, vocariq; hac propriè Mauritanis Chermes: & hinc isti deinde colligunt, minimè credendum esse, quod Græcorum Coccum vulgò grana tinctorum nuncupatum, sit Mauritanorum chermes: quandoquidem magna omnino inter colorem coccineum, & chermesinum intercedat differentia. Sed hos patres hallucinari (pace tamen eorum dixerim) ex eo equidem evidentissimum fieri arbitror, quod hætenus neminem Arabicæ sectæ invenerim, qui eorum adstipuletur sententiæ. Siquidem Serapio per chermes nil aliud intelligit, quàm Coccum tinctorium à Græcis appellatum, cum de Chermes agens ea sanè omnia in ejus historiam referat, quæ Dioscorides suo Cocco tribuit. Quapropter scire libentissimè, quæ ratione, quæve authoritate nixi ii reverendi Monachi in hanc vanam, & erroneam devenerint opinionem. Verum non ob id negaverim ego, nostrum Chermesinum à Cocco minimè differre, quod certò sciam, aliud esse Coccum, aliud Chermesinum, unde & infectores differentia causa Coccum Granum nuncupant, Chermesinum verò, quod è pimpinellæ radicibus decerpitur: sed negaverim quidem Mauritanorum chermes nostri usus chermesinū esse, quod nil aliud Chermes esse putem, quàm differre.

Cocci infectorii confid.

Cocci infectorii vires Martbio. lo. Coccū in Quercu. Monachorum opi. ex ploia.

Coccum infectorii u. a. chermesino differre.

Grani
tinctorii
vires ex
Gal.
Nomina.

quam Coccum, cuius hic meminit Dioscorides. Chermesinum novum jam pridem convehitur in Italiam ex Hispaniis ab occidentali India importatum, quod cum copiosissimum afferatur, Chermesina flamina nunc viscere ceperunt. Cocci sen Grani insectorii vires descripsit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, his verbis: Granum tinctorium adstringentem, simulq. amarum facultatem possidet: utraq. sine morfu desiccatur, proinde ad ingentia vulnera congruit, praesertimq. nervorum. Sed tunc ipsum quidam cum aceto terunt, alii cum oxymelite. Quamvis & sapienter Græce, Latine pariter Coccus baphica, & Granum insectorium nominatur: Arabicè Charmen, Kermes seu Chermes: Italicè Grana de tinctori: Germanicè Scharlachbeer: Hispanicè Grana para tennir, & Grana en grano: Gallicè Vermillon.

Cocci insectoriae duæ figuræ adpositæ, quarum prima ad imitationem Matthioli & Lacunæ excelsa: altera verò præter veram foliorum formam, & glandes & baccas exhibet, siquidem ferat glandes 10
Iliginis similes, capulis asperiorib. quæ in autumno proveniunt. Et quemadmodum Gallæ in Quercubus, sic & in Illicis hujus & foliis & ad ramos notantur grana rubra, modò rotunda, modò oblonga, Pisorum communium quantitate, intus alba, gustus subacidi, in quibus tandem vermiculi nascuntur. Aliquando & aliud excrementum, ut in Illice majore, sic & in hac observatur, leviter ramis adhærescens, rotundum, nigrum, splendens, durum, liquorem album cum vermibus continens, quod tandem exsiccat. Hæc arbuscula dicitur Illex foliis aculeatis, Trag. Illicis genus in qua Coccus baphica, Bellonio. Illex Coccigera, Clus. hsti. Hisp. Illex minor Coccigera, Dod. fol. Illex aquifolia Plinii, Lug. Illex Coccifera, Cam. in Matth. Tab. Illex Plinii, Cæs. Coccus insectoria, Lob. Coccus tinctoria, Tab. Granum tinctorium, Lon. quod baccis tribuendum, non arbusculæ: quæ grana Quisquilia Plinius nominavit, Coccus baphica & Grana insectoria, Matth. edit. Italica: Coccus insectorius & Kermes Arabum, Cordo in Diosc. Gra. 20
num & Coccus baphica, Anguil. Granum tinctorium, Lon. Cæs. alpin.

Τραγίον.

TRAGIUM.

CAP. XLIV.

Cœlusa
non legit
Meum,
neq. Ca.
tas.

TRAGIUM nascitur in Creta tantum insula, lentisco semine, folio & ramis simile, singulis tamen minoribus: succus ei lacteus, gummi non dissimilis. Semen, folia, lacrymaq. illitu spicula e corpore ejiciunt: omnia quoq. corpori impasta, evocant: pota stranguriæ medentur, calculos vesicæ frangunt, menses trahunt: modus in sumptione est, drachma una. Fama est sylvestres capras sagittis confollas, ejus herbæ pabulo spicula excutere.

Τραγίον ἄλλοτερον.

TRAGIUM ALTERUM.

CAP. XLV.

EST & alterum Tragium, quod tragoceros aliqui vocant: folia scolopendrii habet, & radicem sylvestris raphani, tenuem, candidam. Quam crudam vel coctam esse dysentericis prodest. Folia autumno hirci virus olent: exinde sibi tragi nomen adoptavit. Provenit in montibus & præcipitiis.

Τραγίον
confid.

TRAGIUM, quod in Creta tantum nasci tradit Dioscorides, quodq. in universum lentisco simile facit, Plinius lib. 12. ca. 21. ipsum fruticem terebintho similem reddidit, & l. 27. cap. ultimo, idem junpero assimilavit. id quod dubio procul ostendit, Tragium hoc omnino illi fuisse ignotum: & quod tantum id de eo memoria prodiderit, quod ab aliis auctoribus non minus fortasse hac in re cagutientiibus mutuatus est. Hoc ætate nostra non defertur, quod sciam in Italiam, quo sit, 40
ut id mihi hactenus, sicut & ceteris herbarum studiosis ut ferme suspicor, sit in Italia incognitum. Quamobrem minime audiendi sunt impostores quidam, qui contendunt Dictamnium album ita vocatum, vulgari notitia plantam, non in Creta tantum, sed ubiq. ferè nascens, legitimum esse Tragium, de qua re novus quidam Pseudorizotomos contra me scribere & erroris huc arguere non erubuit. Verum mihi sat esse crediderim ad hujus expugnandam temeritatem, testes habere Dioscoridem, Galenum, Oribasium, Paulum, Plinium, quippe qui uno simul consensu scribant, nusquam nasci Tragium præterquam in Creta. Sed pro hominis stupiditatem arg. amentiam! Ipse enim cum stupidus sit totus, hos gravissimos auctores stupidos sibi similes fuisse censet. Sed an quis tam excors fuerit, qui putet, si hic clarissimis scriptoribus Dictamnium album, quo scatet universa ferè tellus & vulgari ubiq. est planta, fuisse Tragium, scripsisse unquam eos non nasci id nisi in Creta? nemo profecto, præter hunc, & qui eum subduxit sycophantam. Atqui cum videat Dioscoridis lectionem sibi repugnare, quod habeat τὸ πῶμα τὸ τρυγίον, καὶ τὰς ἀκροτάτας τῶν κλάδων, καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ: id est folia, & virgas & fructum 50
lentisco similia habet, sed minora omnia: videatq. Dictamnium album folia gerere lentisco longè majora, mendum Dioscoridi subesse admonet, & vult legendum esse καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ: ac ut stolidam suam sulciat opinionem, perditissimum seductorem suum in testimonium citat, quippe qui Constantinopoli Dioscoridis exemplar antiquissimum legisse se testatur, apud Hammonem quendam Judeum (miror sanè cur non dixerit apud Hammonis oraculum) in quo καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ legitur. O stultissima evasio, & prorsus exhibenda. An non suo ipsi se jugulavit gladio? Nunquid non videt miser, quod ubi καὶ τὸν καρπὸν αὐτοῦ legerit, Dictamnium album sesquipedalem herbam non solis soli sed virgæ seu ramis, & fructu quoq. lentisco arbore non infima, majorem facit? Id quod falsissimè esse non solum perpetuò testatur rei plantariæ studiosi, sed etiam rudes quicunq. rustici, qui ambas hæc noverint plantas. An non distat tantū Dictamnium hoc à lentisco, quantum chamædrys à quercu, quantum chamædrys à pinu? quo ergo pacto virgarum ramorumq. magnitudine lentiscum superabit? O divinum ingenium ad insidias parandas. Ceterum quid de fructu vobis videbitur, qui rem plantariam excollitis? Nunquid vidistis, obsecro, in Italia, in Chio, in Creta, aut alicubi terrarum, lentiscū perinde ac 60
Dictamnium album quinquetras proferre siliquas, & semen in illis conclusum, an botros racemose baccas rufescentib. stipatos, è quibus lentiscinum oleum premitur? Nunquid (inquam) differunt apud vos botracemive a siliquis? Forſice hic opus est, ne in posterum tam insidiosis linguis medica corrumpatur materia. Quod autem secundo loco à Dioscoride repositum est, id potius herbam esse crediderim, quàm arbusculam, cum ejus radix tam cruda quàm cocta in cibum veniat, sitq. sylvestri raphano proxima. Veruntamen nondum reperi, qui plantam mihi demonstraret foliis scolopendrii similibus, quæ hirci virus olent. Ex quo adducor, ut ab iis planè dissentiam, qui putant Tragium hoc eam esse plantam quam quidam Pimpinellam, quidam verò ab odore Saxifragiam hircinam appellant. Quandoquidem huic scolopendrii folia non inveniunt, nullumq.

Forſice
opus esse
ad impo-
ratorum
linguas.
Tragii.
Dioscor.
Pimpinellam
la non est
Tragium

I. PIMPINELLA SAXI-
fraga.* IL PIMPINELLA MI-
nor. *III. PIMPINELLA SIVE SAN-
guisorbha maior.

nullumq; ejus ad dysentericos usus, tamen si ad ciendum uri-
 nam expellendosq; viscerum infarctum plurimum praestat. Hu-
 jus PIMPINELLAE duo habentur genera maior & minor. Pim-
 pinella ga-
 nera &
 vices.
 Major radice nititur longa: foliis qua ad radicem sunt cir-
 cumquaq; solo procreantibus (pluribus ex uno pediculo
 utrinq; emergentibus) dissectis, per ambumq; serratis: caula
 quadrangula: floribus in umbellam coherentibus, tenuibus,
 albicantibusq;. (Radix illi longa, digitali crassitudine, acri
 sapore) MINOR caule exit rubenti: foliis minoribus, minus
 dissectis, minutiusq; serratis. (ac tenuiore etiam radice, sapor
 ejusdem) utraq; tamen hircum redolet. (Nascitur in mon-
 tibus, collibus & incultis locis.) Radix in qua vis tota consti-
 tit, excalscit, siccaturq; ordine secundo completo, aut sancter-
 tio incipiente. (Aperit, provocat, attenuat, digerit, incidit. Sed
 major serior est atq; valentior. Utriusq; radix) praestat ad
 renum & vesicae morbos, quorum calculus est causa. Ob id
 enim calculos in renibus genitos frangit & ejicit, & urinam
 remorata pellit. Prodest expresso & radicibus suis cum ex vino
 haustus, deleteris medicamentis & venenosorum animalium
 moribus. Quae ratione non desunt, qui ad pessilentiam radi-
 cem hanc miris laudibus efferant. Est & alia PIMPINEL-
 LA, quae a nostris vulgo SOLASTRELLA nominatur. Pim-
 pinella
 vulgaris
 quae Sol-
 bastrella
 cordia.
 (Duum est generum: minor & major.) Minor foliis provenit
 ab una radice numerosis, cum pluribus ab uno tenui pediculo
 utrinq; prodeuntibus subrotundis, pusillis atq; in ambitu cre-
 natis firmis humi in orbem accubantibus adstringente gustu:
 cauliculis edunt plures, tenues, subrubentes rotundos, dodran-
 tales atq; majores: in quorum summitatibus capitula exeunt
 squamosa subpurniceo colore: in quibus semen. Radice nititur
 lignosa subrescente adstringentis gustu. Nascitur in agris
 non cultis, in collibus, & seritur in hortis. nullus non cognita,
 utpote quae acetariis frequentissime inseratur. Verum haec ab antedictis longe distat viribus, et si foliorum facie sat in-
 aer se convenient. Siquidem ultima haec gustata non leviter adstringens percipitur, & mansa lentoris copiam prae-
 babet, glutinat,

Pim-
 pinella
 ga-
 nera &
 vices.

Pim-
 pinella
 vulgaris
 quae Sol-
 bastrella
 cordia.

TRAGUM.



grano tritici, acuto cacumine. & ipsa in maritimis nascens. Et lib. 21. c. 15. Spinofarum, inquit, multa species. In totum spinosa est asparagus, scorpio, nullum enim folium habet. Id quod ante ipsum posteritatis memoria prodiderat Theophrastus lib. 6. c. 1. de historia plantarum, cum inquit: Aculeatorum alia ex toto aculei sunt, ceu corruda, & scorpius, hac enim nullum præter aculeum folium gerunt. Hinc itaq; omnibus abunde constare arbitror, herbam, cujus hic effigiem damus, legitimum esse Tragum: etsi non desint, qui aliter sentiāt, quos omnino nibil facio, quod sciam hos esse longè magis addictos everrenda, quàm restituenda veritati. Siquidem in hac planta nihil desiderari potest quod Trago non conveniat. Est enim frutex parvus, humi procumbens, spithamæ altitudine, in maritimis nascens sine foliis, pusillis circa ramos acinis, rufis, multis, acuto cacumine, vel potius ut Plinius inquit, ac etiam Theophr. planta est spinosa tora. Ea siquidem in Tergestino litore provenit, & ad Argentarium promontorium in Hetruria, nulla prorsus recedente nota ex his, quas rei herbaria authores Trago reddiderunt. Hujus tamen nusquam, quod intenerim, meminit Galen. in simpl. med. censu. Herba hæc $\tau\rho\gamma\acute{o}\varsigma$ & $\sigma\kappa\omicron\rho\iota\omicron$ Græcè dicitur: Latine item Tragus & Scorpius: Italis Trago.

Nomina.

Quæ pro Trago proponitur à Matthiolo, Kali spinosum nobis dicitur: at in figura folia minus rectè expressa: hæc quidem foliis est aliquando longioribus (ut figura Lobeli & Lugdunensis, Tragi Matth. nomine, exprimit) aliquando brevioribus, latioribus item & angustioribus variat, quemadmodum in litore Veneto observavimus: Drypis nomine, & quidem alia figura, expressit Tabernæmontanus. Tragum Dioscoridis supra tertio ab hoc capite posuimus.

Σκοριος.

JUNCUS.

CAP. XLVII.

Junci duo genera: unum levis nominati: alterum acuti, qui in mucronem fastigiatur. Cujus etiam duo assignantur genera: Unum sterile: reliquum fert semen nigrum, rotundum, & crassiore constat cala-

I. JUNCUS.

II. JUNCUS FLORIDUS.



mo car-

mo, carnosiorq; . Tertius est juncus, qui vocatur Olofchænos, prioribus carnosior asperiorq; : is simi-
lem supradicto fructum in cacumine parit. Semen utriusq; tostum, ex diluto vino potum, sistit alvum, &
rubra foeminarum profluvia; urinam cit, capitisque dolores facit. Quæ proxima sunt radici folia tene-
ra, . nvenienter illinuntur adversus phalangiorum morsus. Æthiopici junci semine somnus allicitur:
sed modus in potione sciendus est, ne sopor fiat.

Juncus
sideratio,
& vires
ex Gal.

Juncus caule est lavi, viridi, in cacumine aculeato, alba intus medulla. Semen gerit in superiore caulis parte, è latere
prodiens racemosum subrubrum, adstringentis gustus. Alter consimilis est. Sed sine semine provenit, & tenuioribus ca-
lamis. Omne genus vulgaris est notitia, quandoquidem propter stagnantes aquas, cum in mari, tum in fluminibus, lacubus,
paludibus, ac ceteris aquosis locis, omnes ejus reperiuntur species. Nascitur in Bohemia juncus circa aquas, qui solis exit 10
ab uno cespite numerosis cyperi similibus, sursum spectantibus, caulibus pluribus, lavis, junci modo glabris, in quorum
cacumine flores emicant speciosi, subpurpurei, è quibus semen gignitur, quem à floribus speciosis, quos edit, nos floridum
juncum vocare volumus, ejusdem cum aliis facultatis. Creditur ea omnia prestare posse, quæ cetera præstant genera.
Junci generum meminit Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ubi de his ita scriptum reliquit: Schænos lea, hoc
est, Juncus lavi, quædam oxyschænos, alia oligoschænos, nuncupatur. Gracilior duriorq; oxyschænos, crassior laxiorq;
oligoschænos. Fructus oligoschæni somnum affert. At oxyschæni duo sunt species: altera sterilis, cujus quidem in medici-
na nullus usus est, altera vero semen fert, cujus etiam semen somnum conciliat, sed minus quàm oligoschæni: quanquam
tamen hoc caput tentet. Utrumq; si frictum cum vino bibatur, ventris fluxus desiccat, & muliebri profluvium rubrum si-
nit. Ex quibus clarum est, quod composita eorum temperies est ex terrena videlicet essentia leviter frigida, & aquæ le-
viter calida: ut & inferna desiccare possint, & sensim frigidos ad caput vapores submittere, quibus somnolentos efficiant. 20
Ex his sic Græcis, Juncus vero Latinus vocatur: Arabibus Dû: Italis Giunco: Germanis Wingen schmelten: Hispanis
Junco: Gallis Jone. Juncus floridus, Italis Giunco florido.

Nomina.

Juncus alius odoratus, qui aliquando ramosus reperitur, de quo libro primo, alius inodorus, hicq;
acutus vel lævis: utriusq; rursus generis habeantur differentiae. Figura primo loco posita, Juncum acu-
tum duplicem exhibet, pannicula sparsa & non sparsa. II. Juncus floridus Matth. Cast. Lugd. Calamo-
grostis altera, Trag. Sparganium, Dod. gal. Gladiolus, Cord. in Diosc. Gladiolus palustris, Cord. in hist.
cujus Scholiasti Gladiolus Theophrasti videtur: Gladiolus aquatilis, Dod. fol. Juncus Cyperoides flo-
ridus paludosus, Lob. Juncus Cyperinus floridus, Tab. Butomus Theophrasti Cæsalpino.

Arx.

LICHEN.

CAP. XLVIII.

30

Lichen, qui saxis est familiaris, aliquibus Bryon appellatur, asperginosis petris adhæret, ut muscus. Is
illitus sanguinis profluvia sistit, inflammationes arceat, impetigini medetur. Juvatur regio morbo cor-
reptos, cum melle illitus: oris & linguæ defluxiones inhibet.

Lichenis
confid.

I. LICHEN

Lichenis
genera
Plin.

Pulmo-
naris de
pictio &
vires.



Lichen procul dubio ea est planta, quam officina, & her-
barum hodie Hepaticam vocant. Hanc autem Græci Li-
chena appellant, quod Lichenas serpentis morbi genus, im-
posita sistat & sanet. Lichen in asperginosis, & rorulentis pro-
venit locis, nudis petris adhærens, musci modo. Folio constat 40
suppingui, aspero, robusto, cartilagineo, prope radicem angu-
sto, in latum se pandente, nullis adnatis pediculis, in cacumi-
ne triplici vel quadruplici lacino intersecti, radicibus nume-
rosis perquam exiguis ad versa foliorum parte emergentibus.
Prodeunt à radice cauliculi tennes, quibus capitula insunt
parva, floribus parvis stellarum effigie. Lichenis Plinio lib. 26.
cap. 4. duo produntur genera, quæ his verbis depingit: Lichen,
inquit, herba omnibus his præfertur: unde nomen invenit.
Nascitur in saxosis, solo uno ab radice lato: caule uno, par- 50
vo, longis foliis dependentibus. Hæc delet & stigmata: teri-
tur cum melle. Est aliud genus Lichenis petris tantum ad-
hærens, ut muscus, qui & ipse illinunt. Hic & sanguinem si-
stunt vulneribus instillatus, & collectiones illius. Morbum quoq;
regium cum melle sanat ore illito & lingua. Qui ita curan-
tur, aqua salsa lavari jubentur, ungi oleo amygdalino, hor-
tensibus abstinere: hæc Plinius. Cæterum est herba Licheni
non longe dissimilis, quæ in quercuum aliarumq; sylvestrium
arborum caudicibus nascitur, in densis & opacis
præsertim sylvis: hæc tamen majora latiorq; sunt folia, 60
varius modis per ambitum laciniata, ac si a vermibus erosa
fuerint, aridior, & ambitu latior, superiore parte virescens,
inferiore vero pallidior, maculis quorundam subalbicantibus
referta, aded ut formam pulmonis referat: unde plerisque, PUL-
MONARIA dicta est. Adstringit, siccit, abstergit, vulnera
glutinat. Utuntur hac nonnulli magis fortasse nomine, quàm
ipsis viribus freti, ad tabem, pedoris & pulmonum ulcera &
cruenta sputa. Nec desunt, qui lacidibus eam efferant ad
vulnera sananda, ad pudendorum ulcera, & ad utrumq; mu-
liebre

II. PULMONARIA.

III. PULMONARIA ALTERA.



liebre profluvium. cui mirifice mederi ajunt. Quin & eam dysentericis exhibent, & biliosa evomentibus. Sunt quoque, qui ea utantur ad suspiriosos, anhelatores & Asthmaticos, cum glycyrrhizæ succo, hyssopo, elenii radice, & scillino oxymelle: valet eadem ad ovium, & ceterorum quadrupedum tussim & respirandi difficultatem. Quamobrem pastores eam in primis tudentes, mane morbosis ovibus cum sale propinant. Est & alia herba, quæ etiam Pulmonaria vulgo nominatur, ab illa tamen maxime differens in opacis locis proveniens, prope uliginosas sepes, folio buglosi, Boraginis quadantenus amul-
 40 lo, non tamen crispo, nec hispido, oblongo, aspero, hirsuto, albis maculis (superna parte) circumsperso (Boraginis sapore) Caulem gerit hac inerte vere (angulosum atque tenerum) in cuius (adnatorum) cacumine flores erumpunt purpurei, perinde ac in vulgari Cynoglossi. Cohibet, consolidat, siccatur, abstergit. Huic plantæ rei herbariæ periti non contemnendas vires tribuunt, ad pulmonis ulcera sananda, tum ceteras infectiones. Quæ in re, itemque in sanguinis rejectione mirabili
 50 successu se eam exhibuisse mihi sapius retulit Julianus à Marostica, Tervisiensis medicus peritissimus: decoquitur enim ad medias, daturque decoctum potandum addito saccharo: vel succus ex foliis expressus serapy modo cum saccharo paratus, majori successu præstat. Præstant hæc omnia herba ipsa, & flores, quoquo modo à tabe affectis sumantur decocta. Lichenis meminit Galenus lib. 7. simplicium medicamentorum, sic inquit: Lichen, qui in petris nascitur, est velut muscus qui vires ex
 60 dem, sed recte ex plantarum genere censeretur potest. Sic autem nominatus videtur, quod lichenas seu impetigines curet. Gal. Extergentem, ac modice refrigerantem facultatem habet, utraq; verò resiccantem. Abstergentem quidem, atque exic- cantem à petra obtinet, refrigerantem verò ab humore aqueo: nascitur enim in humidis, & graviter olentibus saxis. Porro quod ex talibus substantiis componitur, adversum esse inflammationi nihil mirum est. Ceterum an sanguinis pro-
 fluvia sistat, ut refert Dioscorides, id neutiquam dicere queo. Quod Græcis λεχλις, Latinis item Lichen dicitur: Arabibus ArzeZalsacher: Italis Lichene seu Epatica: Officinis Hepatica: Germanis Stein Ebertraut und Brunnens Eber-
 70 fraut: Hispanis Epatica & Figadella: Gallis hepaticque & Porcoratu. At Pulmonaria, Italis Polmonaria: Germanis Lungenkraut: Gallis Herbe aux pulmons.

I. Lichen, Matth. Fuchf. Turn. Dod. gal. & fol. Cord. in Dioscor. Lacun. Lobel. Thal. Cæsal. Hepati-
 ca, Brunf. Lonic. Hepatica prima, Taber. Jecoraria seu Hepatica fontana, Trag. II. Pulmonaria Matth.
 Trag. Fuchf. Dod. gal. & fol. Lac. Gef. hor. Lonic. Taber. Thal. Pulmonaria prima, Castor. Muscus
 pulmonarius, Lobel. Pulmonaria fungosa, Lugdun. Lichenis genus, Cæsalpino. III. Pulmonaria
 60 latifolia maculosa, C. B. Pulmonaria altera, Matth. Castor. Pulmonaria, Dod. gal. Thal. Cæsalp.
 cui & Callæ alterum genus Plinij. Pulmonaria maculosa, Lobel. Taber. Camer. Pulmonaria major,
 Lugd. Pulmonaria Plinij, Gef. hor. Symphyrum maculosum Dodonæo historia Latina in folio.

παρωνυχία.

PARONYCHIA.

CAP. XLIX.

Paronychia exiguus frutex, in petris nascens, peplo similis, minor longitudine, majoribus foliis. Illi-
 ta paronychiis, atque favis remedio est.

299 2

Pars.

PARONYCHIA.

PARONYCHIA ALTERA.



Parony-
chia. con-
sideratio.

Paronychia, cujus hic primo loco imaginem damus, non modò in saxis gignitur: sed etiam in veterum adificiorum pa-
rietibus, foliis adeò ruta similibus, ut non desint, qui eandem parietariam, sive muralem rutam appellant: verum cum
Dioscorides Pepli foliis nasci paronychiam scribat, non desunt nasuti, qui sententiam hanc nostram impugnent. Atqui ego
horum vitiligatorum calumnias ridere soleo, quòd sciam Peplum Dioscoridis testimonio, foliis ruta paulo latioribus
provenire. Itaq, potius ydem accusandi sunt, qui hanc plantam alterum Theophrasti Adiantum faciunt, nempe quod al-
bum ipse appellavit. Siquidem is nullam inter nigrum, & album Adiantum interponit differentiam nisi coloris tantum,
qui in hujus caule niger in illius verò albus apparet. Folia in Adianto coriandrina esse debent, & quia in aqua nunquam
madescent. At Paronychia rosula folia sunt: ruta, nec aquam respuunt. Præterea cauliculi sunt illi virides, non albicantes,
nec setis suillis similes, quinetiam nec pellucidi. Nec unquam loci humidus asperginosisq, provenit, in quibus Adiantum
maximè nascitur. Theophrasti ipsius testimonio: sed in aridis & siccis, cujusmodi saxa sunt, & parietes: quo fit ut halu-
cinentur, qui hac ducuntur opinione & dum me erroris coarguunt ipsi longè magis se damnandos offerunt. Quamquam
non desunt, qui hanc plantam una mecum Paronychiam faciunt, quum tamen sint qui reclament, ne dissensio ulterius
protrahatur, non Dioscoridum, sed nostram Paronychiam eam esse volumus. Nasitur frequens in Italia, quam Paronychiam
nobis appellare libuit, sed copiosissimam vidimus in ingenti sylva, qua iter hys est, qui Goritia discedentes Labacum Carnio-
la metropolim petunt, ubi in ingentibus saxis spretis algoribus, perpetuò virent. Ceterum hac urinam ciet, & arenulas,
& renum calculos pellit, unde inter saxifragorum genera quibusdam reponitur. Peculiariter autè præstare hanc comper-
tum est ad puerorum enterocelas. Scimus enim nonnullos esse sanatos, haussio tantum hujusce plantæ pulvere, continuè
quadraginta diebus, quibus manifestè collapsa intestina in scrotum cernebantur. Est & Al. 1. 1. planta cujus quoq, nos
hic imaginem appropinquamus, quam quidam legitimam Dioscoridis Paronychiam faciunt. Horum ego sententiam nec pro-
bare, nec improbare ausim: sit itaq, de ea aliorum quoq, judicium. Habet hæc folia Peplio longiora, flores parvos, copiosos,
racematim coherentes, albo colore. Sed qui Paronychiam florere scribant haudenus non legimus: quinetiam mihi incom-
pertum est an in petris oriatur. Meminit Paronychia Galenus lib. 8. simplicium medicamentorum, ita de ea scribens:
Paronychia ab effectu nominata est: sanat enim paronychias, & ut refert Dioscorides, favos quoq. Vix enim est tenuium
partium, & exicatoria morsu vacans: talia enim sunt oportet, quæ Paronychias sanant. Porro satis constat tale esse ido-
neum ad digerendos affectus omnes, qui digeri possunt. Siquidem ejusmodi sunt, quæ cum ex tertio sint ordine excalsa-
cientium, & desiccantium, velut & hoc, essentia insuper tenuium partium sunt. Planta Græcis παρωνυχία, pariter La-
tinè & Italis Paronychia nominatur.

Adiantū
album.
Theoph.
non est
Parony-
chia.

Parony-
chia virens

Parony-
chia alte-
ra.

Parony-
chia virens
ex Gal.

Nomina.

I. Paronychia, Matth. Lacun. Capillus Veneris, Brunf. Trag. Saxifraga minor secunda, Brunf.
editt. post. Saxifragum seu Empetrum, Fuchf. in icon. Ruta muraria, Dod. gal. & fol. Gesn. hort. Adian-
tum candidum, Cord. in Dioscor. & histor. Thal. Adiantum album, Lonic. Tabernæmon. Camer. Adi-
antum nigrum, Gesn. hort. Cæsalpino. Salvia vita, Lobel. & Lugdunensi. II. Anthyllis maritima Alfi-
nefolia, C.B. Paronychia altera, Matthioli. Lugd. Paronychia Matthioli, Taber. Paronychia Dioscori-
dis, Anguil. Gramen secundum Plinij, eidem. Marina incana Alfinefolia Narbonensis, Advers. Anthyl-
lis marina incana Alfinefolia, Lobelo in icon, Lugd. Centumgrana vulgò, Cæsalpino.

Xpoc-

Χρυσόκομη.

CHRYSOCOME.

CAP. LI.

Chrysocome palmi altitudine fruticat: coma specie corymborum, hyssopo simili: radice hirsuta, verratri nigri modo, tenui, cyperum æquante: gustu non in jucundo, ex dulci austero: in petrosis, opacisq; nascitur. Radix exalfacit & adstringit: his conveniens, quos jecur, aut pulmonis inflammatio male habet: contra purgationes vulvæ, decocta cum hydromelite assumitur.

Qui Chrysocomen in Italia mihi ostenderet, hæcenus reperi neminem. Quamobrem in eo natura viridario plantis compluribus nobis incognitis referto, quod tantum in sui ipsius usum colit natura, ne omnibus ex utraque modicamentis, suis etiam languoribus mederi nequeat. eam & virefcere, & florescere omittimus, donec nobis, aut aliis compertam in communem quoq; cognitionem, & usum prodire contingat. Interim tamen, ut vestrum institutum sequamur, vires ejus ex Galeno subjiciam: quas ipse lib. 8. simplicium medicamentorum, ijs verbis descripsit: Chrysocome vocatur & chrysites. Radix vincentes acrem simul & adstringentem qualitates habet: quare neq; multi usus est. Uti tamen est decocta in melicrato in peripneumoniis, & morbis hepaticis. Sed & menstrua purgationis provocanda vim quandam obtinet. Χρυσόκομη sic Græcè, ut etiam Chrysocome Latine dicitur.

Chrysa-
comes
confid.Chrysa-
comes
vires ex
Gal.

Nomina.

Χρυσόγονον.

CHRYSOGONUM.

CAP. LII.

Chrysogonum densè fruticat, quernis foliis, flore coronarii verbasci: radix ut rapum extuberat, intus ruberrima, foris nigra. Quæ trita cum aceto, atq; imposita, muris aranei moribus auxiliatur.

Chrysogonum, nisi aliunde in Italiam deferatur, inter plantas, quæ minimè cognoscuntur, & ipsum perpetuo recensendum esse putaverim: vel nobis in abdussum natura hortu, ubi delitescit, investigandum erit. Siquidem hæcenus mihi neque inventre, neque ab aliis compertum videre licuit in Italia. Quod χρυσόγονον Græci, Latini quoq; Chrysogonum dicunt.

Nomina.

Ελὶχρυσον.

HELICHRYSUM.

CAP. LIII.

Helichryson, quidam Chrysanthemum, nonnulli & id Amaranthon vocant, quo deorum simulacra coronant. Ramulum habet candidum, virentem, rectum, firmum: folia intercedentibus spatii angusta, abrotano similia: comæ aureæ lucis, in orbem: umbella rotunda, veluti siccis corymbis dependentibus: radice tenui. Nascitur in asperis, & torrentium & alveis. Contra serpentium ictus, coxendicum dolores, urinæ stillicidia, ruptaq; coma è vino pota opitulatur: ciet menses. Sanguinem concretum ventris ac vesicæ absumit, pota cum mulso: jejunis, trium obolorum pondere, sistit destillationes, data in vino albo diluto. Vestibus inferitur, ut eas ab erodentium injuriis tueatur.

Mentha
& ar.
χρυσόγονον
i. totted-
rium ioh-
cis.

I. HELICHRYSUM.

II. HELICHRYSUM ITALICUM.



LXXI

Bell.